

57 Sed: An quocasu donatarius decedat sine acceptatione, ipsius heredes possint acceptare predictam donationem, vel econverso, decedente donatore ante acceptationem donatarij, an donatarius possit acceptare postea donationem, inuitis & reclamantibus heredibus donatoris, dubium est: De quo videdi sunt Alciat. in d. c. cum contingat, n. 112. & Greg. Lop. in d. l. 4. tit. 2. part. 5. gl. magn. ad si. vbi tenent, in vtroque casu non posse fieri acceptationem: & alios Dd. allegant: tenent etiam alij Dd. relati per Cou. in d. Rubr. de testam. in d. 3. p. d. n. 13. col. antepen. & penult. & si. illius n. vbi ipse tenet contrarium, eo casu, quo notarius stipulatus est, & acceptauit donationem nomine absentis, quo casu limitauit ipse Cou. secundam opinionem principalem supra positam in materia donationis absentis factae.

58 Vtremus addendum est, quod si donatarius sit presentis tempore donationis, non requiritur acceptatio, licet melius sit & securius, quod tunc etiam acceptetur donatio, secundum Montero vbi supra. & melius Couar. d. n. 17. in 3. parte repet. Rubric. de testam. vbi plures Doctores id tenentes allegat, & dicit communem, & iuramentum operatur praesentiam donatarij, secundum Roland. a Valle conf. 19. n. 33. & 34. lib. 1. & an in dubio praesumatur praesentia donatarij, licet non fuerit aliquid dictum de praesentia ipsius, videndus est Boerius de off. 333. n. 3.

59 Adde vltimo in proposito, quod tradit Auendan. 2. p. vt. c. 1. prator. n. 2. vbi dicit esse communem opinionem, quod ad validitatem donationis vel privilegij sola scientia donatarij sufficit, & ibi refert plures casus, in quibus tacita praesumitur scientia & acceptatio, sequitur Rol. a Valle vbi supra, proxime eum retuli, vbi etiam refert, quomodo praesumitur scientia & Theflaur. d. l. dec. 70. n. 12. * quae communis opinio debet intelligi, vt procedat, quoad validitatem tantum donationis, no vero quoad irrevocabilitatem ipsius: nam ad hoc requiritur acceptatio donatarij, vt supra dictum est, sed cogita super hoc vltimo, quia Rol. vbi supra, dicit, quod scientia operatur ratificationem, re tamen maturius considerata tenendum est, quod praedixi, quia opinio contra Roland. vera non videtur. Adde, quod Menchac. lib. 2. controuers. c. 15. n. 8. inquit, quod licet donatio absenti facta valeat, intelligitur tamen, dummodo donans donatario id notu fecerit per se, vel per alium, nec sufficeret, vt donatarius aliunde huius rei notitiam haberet, etiam si eam acceptaret, dices, quod ita firmat esse communem opinionem Corneus conf. 73. elegantior n. 7. li. 3. Corneus tamen ibi tantum dicit, quod gl. & Dd. communiter omnes volunt, nequaquam contrahi posse donationem inter absentes, nisi mediante notio vel epistola. Sed quod non sufficiat, quod donatarius aliunde huius rei notitiam habeat, etiam si eam acceptaret, nec Corneus hoc dicit, nec verum puto, existimans, donationem absentis factam acceptatione sequuta ante reuocationem irrevocabilem fieri, quomodocunque notitia donationis habeatur per suprad. maxime attenda d. l. Regia, quae omnia sunt menti tenenda, quia sunt quotidiana in practica, & hac ratione, & quia dependentia sunt ab his, quae pro intelligentia nostri text. adducta sunt, examinaui hic & posui. * Si tamen tempore factae donationis vterque donans & donatarius esset in ciuitate eadem & eodem die, & coram eisdem testibus alter alteri donationem fecisset, valeret donatio etiam absque gratificatione, per ea, quae in simili tenuit Bellonus conf. 9. num. 14 & 16. quem refert, & in terminis ita tenet Theflaurus vbi supra n. 12. dicens, quod hac conjectura attenda ita nouissime censuit Senatus in causa magna 1587. 17. Nouembris.

Vltimo in materia donationis non acceptatae, An donatio facta alicui, ita vt post certum tempus acquiratur Ecclesiae, vel alteri pro loco, vel causa, possit reuocari a solo donatore, antequam ab Ecclesia, vel pro loco acceptetur, videndus est Bart. in l. qui Roma, s. Flavius Hermes. n. 1. ff. de verb. obligat. & Roder. Suar. vbi supra in d. 9. p. inc. & Anton. Gomez. in l. 40. Taur. n. 9. & seq. & Didac. Perez. in l. 3. tit. 8. l. 1. ordi. col. 10. 6. & seq. Cou. l. 1. quarar. resol. c. 14. n. 7. & quia ipsi copiose, & late id examinant, ego omitto. Etiam ipse & alij aduocati huius ciuitatis consulimus in hoc puncto & artic. contra Bart. vbi supra, cum communi & veriore opinione.

Penultimo circa est expositionem horum verborum huius text. quae nunc examinamus, est aduertendum, quod ad hoc, vt text. iste locum habeat, requiritur, quod filia vel filius renuntians superuiuat ei, vel eis, quorum hereditates & legitimas renuntiat: nam praedicta renuntiatio hanc tacitam habet conditionem, scilicet, si renuntians delata fuerit illorum hereditas, alius secus: Vnde renuntians decederet viuo patre, vel matre, quorum hereditates renuntiauit, renuntiatio haec est nullius momenti, & non nocet nepotibus ex filia renuntiante, licet sint heredes matris, quia ipsi hoc casu admittuntur non tanquam heredes matris, sed ex persona propria: & si non sunt descendent renuntiantis, multo minus nocet d. renuntiatio alijs fratribus, imo ea non obstat omnes filij equaliter succedunt in bonis parentum, praeterquam si parentes disposuerint de tertio, & quinto, quod possumus: Nam haec tacita conditio, quae inest renuntiationi, scilicet, si delata fuerit hereditas, ita impedit ortu & natiuitate actionis, sicut expressa, iuxta gl. vulgarem & communiter approbatam in l. sic quia, verb. male petitur. ff. de patris, praeterea conditio debet impleri in specifica forma, vt in l. Manius, & in l. qui heredi. ff. de cond. & demonstr. & iuramentum fortitur naturam contractus siue actus super quo interponitur, & habeat eandem conditionem, vt in l. final. cum similib. C. de non num. pecun. Ergo cum supradicta conditio non fuerit adimpleta, scilicet, quod hereditas fuerit delata renuntianti, quia ipse praemortuus est, & nulla sit hereditas uiuentis, vt in l. qui superstitis. ff. de acquir. hereditat. nec pater in vita teneatur assignare filio legitimam, vt supra est dictum, & confensus patris nihil operetur hoc casu, quia in eo etiam subintelligitur dicta tacita conditio si hereditas renuntiantis deferatur renuntianti, consequens est, vt huiusmodi renuntiatio sit nullius momenti: & licet Romanus in d. l. qui superstitis, & Decius & nonnulli alij velint tenere contrarium, tamen praecedens opinio verior & magis communis est & tenenda meo iudicio in iudicando & consulendo, vt pluribus allegatis tradit Couar. in praesenti in 3. part. 6. 2. n. 4. eandem etiam pluribus Doctoribus relatis testatur communem Tellus Fernand. in l. 6. Taur. n. 61. vnde menti tenenda est declaratio ad nostrum text. quis contingibilis est.

Vltimo circa haec verba, patri factu, huius text. est videnda optima quest. decisa per Nicolaum Boeriu dec. 184. per totu, scilicet, quando filia dote contenta renuntiat vniuersa hereditate in matris in fauore patris tantum, vel patris & suorum heredum, an si iste pater habeat alios filios, fratres & sorores renuntiantis, item & alios filios ex alio & secundo vel tertio matrimonio, vtrum haec hereditas renuntiantis, mortuo patre diuidatur inter filios vtriusque matrimonij, vel solū pertineat ad fratres & sorores filij renuntiantis ex vno eodemque matrimonio, & non ad ceteros alterius matrimonij? videndus est ipse Boer. quia refert in hoc diuersas opiniones Doctorum, & secundum quam fuerit iudicatum in Senatu Neapolitano.

vulgar. & pupill. Fabian. in authent. nouissima, in 7. quest. C. de inoff. testam.

- 1 Text. hic procedit etiam in filia minore 25. annorum, maiori tamen 12. annorum.
- 2 Certioratio non requiritur minori facienda in casu huius text.
- 3 Text. hic procedit non tantum in filio emancipato, sed etiam in constituta in patrum potestate.
- 4 Text. hic procedit etiam in filio ob aliquam causam renuntiantem cum iuramento hereditati parentis.
- 5 Pater in vita non compellitur filio assignare legitimam.
- 6 Pater volens bene potest filio in vita assignare legitimam.
- 7 Legitima filio in vita patris assignata & tradita, an crescentibus postea facultatibus patris possit filius petere supplementum & incrementum sua legitima, & quid econverso: & n. seqq.
- 8 Legitima consideratur attentis bonis, quae sunt tempore mortis defuncti, non vero ante.
- 9 Text. in l. si quando, s. 1. & 2. C. de inoff. testam. declaratur.
- 10 Legitima excessus recepta per filium in vita patris, dimittitur postea facultatibus patris, poterit repeti ab ipso filio.
- 11 Filius in casu huius text. excluditur a petitione supplementi & incrementi sua legitima, auclis postea facultatibus patris, & per contrarium dimittitur facultatibus, non poterit ab eo repeti excessus.
- 12 Filius, qui in vita patris non recepit integram legitimam, potest postea auclis facultatibus, residuum petere.
- 13 Filius qui in vita patris coacti per statum, recepit legitimam pro condemnatione delicti soluenda, an etiam auclis postea facultatibus patris possit aliquid aliud consequi.
- 14 Si acta sunt stricti iuris & non sunt extendenda in praedictum filiorum, sed ino interpretanda, vt quam minime laedant ius commune.

Tamen volens pater bene potest filio, etiam volenti assignare & tradere in vita legitimam, vt probat text. in l. 1. s. si parens, ff. si quis a parent. fuer. manumiss. & in l. cum quo de peculio, s. fin. ff. ad l. Falcid. & est communis opinio secundum Tellum Fernand. in l. 23. Taur. n. 11. de quo ultra ipsum videndus est late Iaf. in lectura l. frater a fratre, n. 44. in 5. col. illius, n. in 7. limitatione, & in repet. nu. 43. ad fin. ff. de condit. indeb. & Roderic. Suarez. vbi supra, n. 3. ad fin.

Sed est t dubium, si assignata huiusmodi legitima in vita, & filio tradita, postea facultates patris augeantur: An filius possit petere supplementum sua legitime in eis? Et quod non possit, nec etiam per contrarium diminuatur legitima sibi assignata, si facultates patris decreuerint, tenet Iaf. ob. Butric. primus omnium, & magister Bart. in l. pactum, C. de collat. in vers. modo quaro, argumento tex. in l. pen. C. de solut. vbi probatur, quod si fundus datus in solutum pro debito, industria & opera creditoris melior factus sit, debitor nihil ex hac melioratione potest petere, sicut & conuerso creditor conueni non possit, si deterior factus esset: Insuper inquit Iacob. Butr. quod in nostro casu filius non excluditur virtute pacti de non succedendo, quia hoc reprobatum est a iure ciuili, sed ex vi perceptionis patris, quae sibi competebar, vnde si postea facultates patris auctae sint non poterit petere supplementum, quia recepit quod suum erat, & ex solutione eius, quod sibi debetur, excluditur, & non ex vi pacti de non succedendo, & ibi addit aliam rationem. Et ita inuenio, quod hanc opinionem Iacob. Butr. testantur communem in proprio loco Roman. col. 6. & Georgius Natta in praesenti, col. 2. & Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus, in 4. limitatione ad l. Regiam, nu. 4. fol. 132. C. de inoff. testam. quem referens hanc dicit communem Couar. in praesenti in 3. part. 9. n. 2. communem etiam testantur Ant. Gom. in l. 12. Taur. nu. 4. & Menchac. plures allegans de success. creat. 9. 10. num. 291. hanc etiam communem & magis communem plurimos Dd. referens, veram & tenendam dicit, & probat nouissime Tellus Fernand. in d. l. 22. Taur. n. 16. ultra quos omnes hanc dicit communem Iof. Crot. a nemine allegatus in repet. d. l. frater a fratre, n. 17. ff. de condit. indebit. hanc testatur communem, & magis communem videri omnium postremus Caspar Baeca in tract. quem fecit de non meliorand. ratione dot. filiabus, c. 5. nu. 30. vbi n. seqq. eam tenet cum modificatione quadam, & loquitur ipse in filia dotata competenter, eandem etiam opinionem nouissime dicit comunem cum Rom. Curt. & Boerio dec. 6. Io. Bapt. in suo arario commun. opin. lit. F. n. 166. fol. 74.

Sed meo iudicio contraria opinio est verior & tenenda, imo quod filius possit postea petere legitimam & eius supplementum in bonis postea auclis, & hoc duobus praecipue fundamentis omissis alijs. Primo, quia legitima consideratur attentis bonis, quae sunt tempore mortis patris, & non ante, vt in l. cum queritur, C. de inoff. test. & in l. 3. & 7. tit. 6. lib. 5. Noua Recopil. Reg. quae leges licet loquatur in melioratione tertij & quinti, tamen id est in legitima, cu tertium inter liberos sit legitima, quia extraneo relinqui non potest, vt in l. 11. d. tit. 6. lib. 5. vnde non potest filius, etiam si tempore assignationis legitima in vita patris sibi factae recipiat suam legitimam competentem & integram, atreuo valore bonorum patris illo tempore, renuntiare ius futurum, hoc est, quod postea augetur, quia est pactu de futura successione quod iure ciuili est improbatum, & hoc fundamentum responderet fundamentis contrariae partis, item per illud etiam

A Filia. In hoc verbo, a filia, est aduertendum, quod procedit decisio haec, etiam si filia sit minor 25. annis, maior tamen 12. annis vt probatur in authent. Sacramenta puberum, iam supra late declarata, estque communis opinio secundum Couar. in praesenti 3. parte reliction. 9. 1. nu. 3. vbi plures Doctores allegat.

Sed: An t procedat in filia impubere doli tamen capace? videnda sunt, quae late diximus in d. authent. sacramenta puberum, n. 117. & ad ibi per me dicta me remitto.

Vbi etiam late examinauimus in n. 113. & seqq. An minor curans debeat certiorari: de quo in specie huius text. Couar. hic nu. 4. tenet cum Guido Papa & Guillem. Bened. non requiri certiorationem iuris ciuili improbantis hoc pactum.

Qui n. 5. tenet, etiam t text. hunc procedere in filia non tantum emancipata, sed etiam in constituta in patris potestate.

Sed & text. hic non solum procedit in filia renuntiante dote contenta, sed etiam in filio masculino, vel causa litis aut donationis propter nuptias, vel alia ratione recipiente aliquid & renuntiante paternae hereditati cum iuramento, & ita nos in hoc capite indifferenter loquuti sumus tam in filia, quam in filio renuntiantibus, & haec est communis omnium doctrina in praesenti.

Sed est hic examinandus articulus satis difficilis in iure, in quo Doctores sibi ipsis valde contradicunt: Nam habemus, quod licet pater in vita non compelleretur filio assignare legitimam, vt in l. 1. s. si impubere, ff. de collatione bonorum, & est communis opinio secundum Imol. & Alex. in l. lex Cornelia, ff. de

respondetur d. l. i. s. si pater, & d. l. cum quo de peculio, s. si. quia in his iuribus no supponitur, facultates patris esse auctas postea, sed solu affirmatur id, ad quod dicta jura adduximus, scilicet, posse patrem praevenire tempus mortis, & solvere legitimam filijs in vita, quod quidem non mirum est, nam & l. si. C. fam. l. erisc. hoc expressius dicit: Na inquit, posse patre in vita diuidere bona sua inter filios, & quod valet hujusmodi diuisio, n. 6 tamen ideo sequitur, quod si post d. diuisionem alia bona aucta fuerint, non debeant diuidi.

Secundo t. & principaliter haec opinio affirmatiua probatur ex text. optimo in l. si quando, s. 1. & 2. C. de inoff. testam. vbi probatur, quod etiam pater filio in vita der & assignat aliquas res pro legitima sua, vel pro parte ipsius, no prohibetur filius postea supplementu petere. Neque obstat intellectus, quem ad illum text. ex pluribus Doctoribus assignat Tellus Fernand. vbi supra, d. n. 16. ad fin. scilicet, quod ibi filius non accepit integram legitimam, sed partem ipsius, ideo no prohibetur residuum petere, at vero nostra q. est, quado filius in vita integram legitimam eo tempore sibi competentem accepit. Nam respondeo, quod idem est, etiam si integram legitimam accipiat, quia respectu bonorum postea quaesitorum, no integram legitimam accepit, vnde licet respectu ejus legitime, quae sibi competebat tempore receptionis nihil possit petere ex bonis patris, quia jam recepit jus sibi competens, tamen respectu ceterorum bonorum postea quaesitorum no prohibetur petere legitimam, sicut videmus in d. s. 1. & 2. quia licet respectu illius partis, quam filius in vita patris recepit, no possit post mortem patris aliquid petere, respectu tamen reliqua partis sibi pro complemento legitime competentis in bonis patris bene potest petere, vt in dd. iuribus probatur, quia huic juri non potest renutiari, cu sit improbatu pactu de renutianda futura successione. Vnde cu valeat argumentum de parte quoad totum, & de toto quoad partem, vt in l. 1. qua de tota, cum sim. ff. de rei vendic. c. sequens est, vt in illis s. h. haec secunda opinio probatur, non obstante intellectu & responsione illis iuribus assignatis per Tellum Fernand. vbi supra.

Et ita inuenio, quod hanc secundam opin. tenet expresse cotr. Iac. But. Bald. in d. l. pactum dotali, in 6. oppos. C. de collat. & dicit hac opin. com. Ias. in d. l. cu in existur, & in aut. nouissima, n. 9. & in d. l. si quando, s. 1. incip. illud, C. de inoff. testam. & comunem dicit idem Ias. in l. quod Seruius, col. si. n. 12. ff. de cond. caus. dat. & c. dicit etiam comunem eam sequedo Cou. vbi supra, & hanc dicit magis comunem & eam sequitur idem Cou. in c. Rayn. s. 1. n. 8. de testam. & dicit magis comunem idem Mench. de success. creat. s. 18. n. 84. quam opin. tenet etiam Bald. & Ripa n. 38. per text. ibi in c. cum M. Ferrar. de const. & sequuntur eam & dicit comunem alij relati per Tel. Fernand. vbi supra, n. 15. sequuntur plures relati per Baezam vbi supra, n. 17. dicit comunem Ioan. Bapt. vbi supra, cum Cou. hic Ias. & Gram. quos tantum refert.

Vnde per t. cotrariu idem erit, diminutis facultatib. patris tempore mortis ipsius, nam poterit reperi a filio excessus legitime ja prestite & repta, secudu Paul. de Cast. in l. in ratione, la 3. n. ff. ad Falc. & ibi Alex. n. 7. & est ex mte comunis opin. affirmatiuae secudo loco sup. posita, licet prima comunis habeat cotrariu: & in specie Tellus Fern. vbi supra, d. n. 16. col. antepen. Na reteta secud. opin. debet retineri opinio Paul. suprad. quia cotrariu eade est disciplina: & reteta prima opin. principali, debet teneri cotra Paul. sed vt dixi, meo iudicio, secuda opin. est verior & teneda, & per consequens suprad. illatio, licet ambe opin. comunes & magis communes sint, secundum quod Dd. dicit.

Vnu tamen est sine dubio, quod deducitur in proposita q. ex nostro tex. sc. quod si filius hic, qui in vita patris accepit legitimam sibi tuc competentem, cu juramento renuntiavit hereditati patris futurae, tuc omnino excludetur, etiam auctis postea facultatib. patris, & per cotrariu si diminuatur, nihil reperi poterit ab eo filio, per text. in hoc c. quauis pactu, qui expressus est in hoc: & plures Dd. allegas testatur hanc esse magis comunem opin. Cou. in praesenti 3. p. d. s. 1. n. 2. col. pen. & si. illius n. eandem quoque sent. tenet Tellus Fern. vbi supra, n. 12. qui n. 13. & 14. alios duos casus considerat in materia. Hanc testatur etiam magis comunem Io. Bapt. vbi supra, qui alios allegat, non vero supradictos, & inquit hac esse concordiam inter supradictas opiniones.

Primus casus est Telli vbi supra, quando filius in vita patris non recepit integram legitimam. Nam inquit Tellus cum alijs, quos refert, quod tunc auctis facultatibus patris, potest filius residuum petere ex d. l. si quando, s. 1. C. de inoff. test. quod sane verissimum ipse quoque esse censeo. Sed videtur aliquo modo in hoc ipse Tellus reuincere in opin. hanc nostram secund. principalem: Nam si filius non recepit integram legitimam, etiam & respectu bonorum, que id temporis pater habebat, clarum est, quod etiam si facultates patris non augeantur, poterit petere postea residuum: Igitur cum Tellus Fernandez n. 13. dicat quod auctis facultatibus, quando filius non integram legitimam in vita patris accepit, potest filius petere residuum, loquitur etiam respectu bonorum postea auctorum: Nam si firmus erat auctor suprad. in opin. Iacob. Butric. quae fuit primo loco supra posita, non debebat dicere in d. n. 13. quod auctis facultatib. filius, qui non recepit in vita patris integram legitimam, potest residuum recuperare, quia etiam non aucta fuissent, sed eadem bona fuissent, quae erant tempore assignationis & receptionis, post illud tempore.

Secundus casus Telli Fernandez in d. n. 14. est, quando pater in vita coactus fuit vt statui solvere legitimam tunc filio competentem pro delicto ipsius filij, nam tunc etiam auctis postea facultatibus patris, filius nihil aliud cosequi poterit, & ibi allegat Doctores hoc tenentes. Haec opinio vera videtur, quia hoc casu jam lex, hoc est, statutum contenta videtur illa legitima, no in respectu tempore mortis, licet possit subtiliter instari, quod statutum hujusmodi non praecipiat, legitimam considerari tempore condemnationis, neque tempore mortis patris, sed tantum dicit, quod pater teneatur solvere legitimam filio in vita pro condemnatione ipsius, vnde non aufert jus filio competens in bonis postea futuris.

Et sic cum statuta sint stricti juris, non sunt extendenda in praediciu filiorum, sed imo interpretanda, vt quam minime laedant jus commune, vt in l. z. C. de noxal. act. cum simili, quia debet intelligi secundum jus, vt in l. nam & posteriores, ff. de legib. praecipue, quia est euitanda legum correctio, vt sunt jura vulgaria, propter quae dubius sum in hoc vltimo casu, tu cogita & dato majori otio delibera.

S V M M A R I A.

- 1 Text. hic an procedat in filia inuente religione renuntiant e hereditati patris cum iuramento, aliqua dote recepta.
- 2 Renuntiatio intrantis religionem qualiter & quo tempore hodie fieri debeat.
- 3 Ingressus monasterium si laedatur enormissime ex sua renuntiatione iurata, quam fecit, an possit huiusmodi renuntiatione iurata rescindi per in integrum restitutionem.
- 4 Testamentum ingredientis religionem ante ingressum factum, an valeat hodie stante quodam decreto Sacri Concilij Tridentini.

Donatio inter viuos facta aliquibus diebus ante ingressum an valeat stante dicto decreto Sacri Concilij Tridentini.

Vnu nuptii tradebatur. Adde tamen esse si filia renuntiet, dum religione intrare vult, & sic quod monasterium nihil petere possit, ex iuris vulgari regula, quod valet argumentum de matrimo. carnali ad spirituale & econtr. vt in c. inter corporalia, & c. si de translatione prelat. praecipue, cum in hoc differentia non inueniatur, & ita in terminis tenent Bart. in l. si. n. 6. in si. & ibi alij Dd. C. de pact. praecipue Cagnol. in reposit. illius l. n. 15. & testatur eam videri magis comunem opinionem Cou. in praesenti, in 3. part. s. 2. n. 3. qui eam sequitur & inquit procedere, etiam si no reciperet omnem quantitatem sibi competentem, dum tamen congruam dotem recipiat: & tandem inquit esse admodum vile, & denique cautissimum, ad cuius tandas Doctorum opiniones in hac controversia, vt praedict. pactum fiat ex consensu monasterij, id est, praelati & conuentus, qui in quarendis possunt monasterio praediciare, vt in specie asserit tenere Purpurat. & Cagna. in d. l. si. n. 194. & ita est tenenda haec cautela, quia contra comunem supradictam tenet Corneus conf. 27. lib. 3. & est etiam communis opinio in contrarium, vt latissime pro vtraque parte plures allegans tradit Tellus Fernan. in l. 6. Tau. n. 53. & plurib. seqq. qui est omnino videndus in hoc articulo.

Hodie vero t. per sacrum concilium Tridentinum sessione 25. cap. 16. aliter in hoc statutum est, his verbis: nulla quoque renuntatio aut obligatio ante facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque cause p. valeat, nisi cum licentia Epi. coepi, sine eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequatur professione, aliter vero facta, etiam si cum huius fauoris expressa renuntiatione etiam iurata sit irrita & nullus effectus, & sic haec forma seruanda erit in renuntiationibus, quae dante tempore, quae traduntur in hoc decreto.

Sed; An si t. laedatur ex renuntiatione ingrediens monasterium enormissime, quia renuntiauit opulenti ssima hereditati modica dote sufficienti tamen contenta, poterit rescindi huiusmodi renuntiatione iurata per vt situationem in integrum? Quia in re quicquid sit in alijs casibus, vt dictum est a me in aut. sacramenta puerorum, C. si aduers. vendit. in hoc tamen speciali, quando renuntians ingreditur monasterium nullo modo rescindi debet d. renuntiatione, [sit tamen fiat secundum formam hodie traditam in dicto decreto sacri concilij] etiam si laesionem enormissimam contineat, vt tenet late fundans & probans Couar. in praesenti, d. s. 1. n. 5. sequutus opinionem Decij & Aymon. Saull. in consilijs per eum ibi allegatis, & bene D. Burg. de Paz. conf. 5. n. 1. & seq.

Sed vidi iam quendam satis acuti ingenij Iurisperitum intelligere praedictum decretum sacri Concilij supra relatu in renuntiatione & obligatione, quae fit inter viuos, secus vero in testamento, quod ingrediens ante ingressu potest iure facere testando de omnibus bonis suis prout voluerit, neque ingressu monasterij testamentum rumpitur, vt in authent. de monach. s. illud, & in s. nunc autem, & in authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. & in authent. nunc autem, C. de Episcopis & clericis, & in cap. si qua mulier, 19. qua. final. Vnde cum sacrum Concilium tantum loquatur in renuntiatione & obligatione, quae quidem inter viuos sunt, non debet extendi ad testamentum, quod est actus morientis & deambulatorium vsque ad mortem, cum per hunc intellectum euiteret, legum correctio, & quod non mutatur, quare stare prohibetur? vt in l. i. libentius, C. de testam. & in leg. praecipimus, C. de appel-

lar. Certe hic intellectus si verus est, prout videtur, optimus est, & qui plurimu conducit in practica, licet non sit remediū firmum consanguineis vel alijs, quib. in testamento ingredientis relinquitur hereditas, quia postea ingressus poterit reuocare & annullare testamentu per suadone monachoru & conuentus. Sed quicquid sit, non audeo affirmare hunc intellectu relinquo sub declaratione Sami nostri Pontificis qui habet auctoritate declarandi, indubitaner tenet hanc meam opinionem & intellectum ad dict. decret. Sacri Concilij Trid. Io. Crac. in reg. 56. nu. 7. Illud scio, praed. Iurisperitum, qui ita intelligebat sic practica se in suamet persona, quia ingressus fuit monasteriu Sancti Francisci Salmanicae, & antequam intraret, fecit testamentum & disposuit de bonis suis in fauorem suorum fratru prout voluit, sed de eius testamtu firmitate dubito, attento dicto decreto sacri concilij, quod alias per hunc modu defraudaretur. Item etiam, quia sunt diuersae opiniones inter glossas & Doctores in iuribus supra allegatis, an monachus ante ingressum possit condere testamentu, praecipue in l. 17. tit. 1. partit. 6. quae post ingressu prohibet testari, de cuius leg. intellectu vtra Greg. ubi gl. 1. videndus est Cou. in c. 1. n. 4. ad si. de testam. quo loci, d. n. 5. per totum agit, an & quando testamentum factu ante ingressum religionis reputatur per professionem, & quod factum post ingressum, ante professionem tamen, no reuocatur per professionem, & nu. 9. quod post ipsam professionem non potest mutari nec reuocari, etiam in fauorem monasterij, quamuis in vtroq. alij aliud teneant, vide etiam in mater. Ioan. Gratian. vbi supra, per totam illam reg. 456.

Cogitabam, an t. possit dici quod ingressurus siue ingressura religionem, aliquibus diebus ante ingressu faciat donationem firmam & solemnem suorum bonoru inter viuos, cui velit, referuata sibi aliqua parte competente pro suis necessitatib. non facta mentione nec renuntiationis nec ingressus religionis: Quia cu quis existit in seculo non cogitatur de ingressu religionis, etiam hodie non videtur prohibitū per Sacrum Concilium, quod donet, dum tamen alia solentia seruet & in fraude Concilij id non faciat, praecipue, quia decretu supra, d. 5. Concilij attentis precedentibus decretis tantu videtur loqui in renuntiatione facta ab ingressu religionem. Sed adhuc de hoc dubito si fraus huiusmodi donationis praesummi possit, quod potest costare vel ex modico intervallo tempore inter donationem praedictam, & ingressum religionis, vel ex alijs etiam coniecturis, ideo consulo, vt semper in renuntiationibus huiusmodi seruetur forma tradita in hoc a sacro Concilio Tridentino, vbi supra.

S V M M A R I A.

- 1 Text. in hoc c. quauis pactum, procedit, etiam si nulla dote recepta renuntiatione fiat.
- 2 Matrimonium an valeat & esse possit absq. dote.

Vnde dote contenta. Idem si nulla t. dote recepta renuntiationem hanc iurata, de qua in hoc textu, faceret, quia tunc alia ratione sustinebitur haec renuntiatione, scilicet, quia iuratum potest seruari absq. dispendio salutis aeternae, quae ratio etiam militat in hoc casu, sicut quando filia renuntiauit accepta aliqua dote. Et haec est comunis opinio, licet alij qui Dd. teneant contrarium secund. Cou. hic d. s. 2. n. 6. vltra quem eandem opin. dicit magis comunem plures Dd. referens Ant. Gomian l. 22. Tau. num. 7. quae est tenenda, licet vltra allegatos, per ipsos cotrariu etiam teneant Anchar. conf. 39. n. 2. & Imol. conf. 1. col. 2.